



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 86. Quidam Lusitaniæ Regis Theologus ex tertia classe perorans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

ab Ecclesia constituti non sunt. „Exi-  
 „gebatur quidem, inquiebat Soto, ex  
 „primæva constitutione populi electio,  
 „idque colligitur ex epistola quarta S.  
 „Cypriani in primo libro, atque ex A-  
 „postolica Traditione, quæ etiam ele-  
 „ctio fuit vera, nec simplex testimo-  
 „nium, prout tamen indicaverat Salme-  
 „ron, idcirco clerus etiam populo sese  
 „adjungebat, ut electio ab universa  
 „Christianorum multitudine haberetur:  
 „in quam sententiam dixerunt Apostoli  
 „Act. 6. v. 3. *Eligite ex vobis septem vi-*  
 „ros: Summo tamen Pontifici licet eam  
 „electionem populi supplere, pro eo, ac  
 „opportunum existimaverit: etenim  
 „quamvis ea eligendi ratio esset Apo-  
 „stolorum traditio; traditiones tamen,  
 „quæ ad regimen spectant, possunt mu-  
 „tari: at vero eæ, quæ pertinent ad  
 „Sacramenta, mutationem non admit-  
 „tunt: idcirco pro temporum conditio-  
 „nibus potuerunt Romani Pontifices  
 „electiones variare, easque aut cleri-  
 „corum Collegiis, aut Principibus, aut  
 „aliis concedere.„

§. LXXXVI.

*Quidam Lusitaniæ Regis Theologus  
 ex tertia classe perorans.*

Inter Theologos ex tertia classe, cui  
 postremi duo articuli fuerant commif-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.

Diar. 29.  
 Sept. apud  
 Pallav. l. 12.  
 c. 12. n. 9.

Sæcul. XVI. si, præ ceteris prior differebat Mel-  
A.C. 1562. chior Cornelius Clericus sæcularis a Lu-  
 sitaniæ Rege ad Synodum decretus,  
 qui observabat, quod error in sexto ar-  
 ticulo contentus, quo Ordini omnis gra-  
 tiam conferendi vis abnegatur, jam a  
 Wiclefo, aliisque hæreticis, qui ante  
 hunc hæresiarcham ducentis abhinc  
 annis vixerunt, traditus fuerit, prout  
 ex sexagesima sexta Divi Bernardi ho-  
 milia in Cantica optime inferri potest.  
 His præmissis dein ea, quæ adversarii  
 objiciebant, dissolvebat, ac veritatem  
 catholicam firmabat testimoniis, quæ ex  
 SS. Leone, & Ambrosio, Synodo Chal-  
 cedonensi, undecima Toletana aliisque  
 compluribus hauriuntur, ac demum Flo-  
 rentinam adduxit, & postea dixit, quod  
 Ordines quoque minores sint Sacramen-  
 ta, & conferant gratiam, cum eequidem  
 sint constituti ab Apostolis, ex Christi  
 tamen institutione quoque proveniant,  
 qui hos Ordines Ecclesiæ præscriperat:  
 „prima Tonsura, inquiebat Melchior,  
 „non est Ordo; cum per eam nulla po-  
 „testas acquiratur: de Unctione autem,  
 „quæ velut inutilis, ac perniciosus ri-  
 „tus in ejusdem articuli initio damna-  
 „tur, mentio fit a Fabiano Pontifice, at-  
 „que a Sancto Dionysio, cui hic quo-  
 „que Theologus librum de Hierarchia  
 „cœlesti adscripsit. Insuper etiam Inno-  
 centius

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

„centius III. capite primo, sub titulo de  
„sacra Unctione de hoc Sacramento lo-  
„quitur., Tandem hic Theologus ad  
postremum progressus articulum, Epif-  
copos Presbyteris majores esse ostendit,  
& respondit etiam celebri Divi Hiero-  
nymi dicto, quod producitur ab hæreti-  
cis, ubi, hic S. Doctor affirmat, inter E-  
piscopos, ac Presbyteros non esse dif-  
ferentiam ex natura, sed prærogativam ex  
consuetudine stabilitam: porro in hanc  
rem observabat a Sancto Hieronymo  
variis in locis diferte affirmari, quod  
hæc prærogativa ex institutione sua  
conveniat gradui Episcoporum, adeo-  
que in verbis allatis res sit intelligen-  
da secundum argumentum, de quo ibi  
agebatur, seu secundum exterioriorem ju-  
risdictionem, quæ lege Ecclesiastica  
præscribitur: insuper, Episcopatum esse  
Ordinem peculiarem, præsertim Caje-  
tani ratione comprobabat, eoquod E-  
piscopus peculiarem obtineat potesta-  
tem administrandi Sacramenta confir-  
mationis, sacræque initiationis, qui sunt  
Ordinis, non jurisdictionis actus, cum  
Episcoporum Vicariis committi ne-  
queant. Postremo Melchior rejecit ea,  
quæ Sotus contra Salmeronem dixerat,  
quod scilicet antiquitus a populo fue-  
rint reipsa electi Sacerdotes, & Epif-  
copi, eaque electio non fuerit simplex  
testifi-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

testificatio: eapropter idem Theologus studuit id probare ex quarta eadem S. Cypriani epistola in libro primo contenta quam Sotus produxerat. Finito hoc sermone reliqui tertiæ classis Theologi suam exposuerunt sententiam, usque ad secundam Octobris diem; quæ absoluti sunt Theologorum conventus, reliquis tribus classibus ad Sacramentum Matrimonii reservatis.

§. LXXXVII.

*Aliorum Theologorum sententiæ circa Ordinem.*

Sarp. l. 7.  
p. 571.

Supererant plures alii adhuc Theologi qui itidem in hisce conventibus perorantes, suas quisque sententias proponebant, atque inter alios Hieronymus Bravus Dominicanus propugnabat, quod Ordines sint numero septem, & quilibet veri nominis Sacramentum, usque Ecclesiæ servari debeat, vi cuius per inferiores Ordines intermedios, ad superiores, ipsumque adeo Sacerdotium, contenditur. His dictis inquebat, a Magistro Sententiarum doceri, quod minores Ordines, & Subdiaconatus ab Ecclesia fuerint instituti, Diaconatus vero in sacris literis indicatus non nisi Mensarum ministerium fuerit, non autem Altaris, prout nostrum esset ministerium: porro Divum Thomam affirma-

re